

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLVI.

VD18 90528921

Vorwort

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068



HISTORIAE NATURALIS DE AVIBVS

LIBRI VI.

PRAEFATIO

*In qua et de Operis Ratione et de Auium Natura
in genere agitur.*

Terrestres greges aereus *au-*
um seu uolucrum grex
insequitur, *Benevoli Le-*
ctor. Inditum iis id no-
men non tam, quod per-
via discurrant iisdemque
delectentur, ut *Isidoro* et *Perotto*
placet, uel ab aduentu, quod inde
uenient, unde quis non suspicetur, ut
Festo, quam uel a uolando, quod
Ebracis ἡγ dicitur, ut *Martinus* in
Scalig. in Lexico deducit, uel ab *auiu*, audiens
Hist. Ani-
do, quod *Scaligero* patri usum. *Grae-*
mal. I. 1. *ēquir̄s* ab *ēquir̄s*, *ēwōs*, *ērea*,
p. 48. *ēwōtēa* etc. uocantur. *Collum* omnes
Arist. H. et *dorsum* et eas, quae terram spectant
A. l. 2. c. *et 15. edit.* queaque pectoris uicem gerunt, par-
Scalig. tes cum caeteris animalibus commu-
nipes habent, peculiares prae caeteris,
alias, pennas, quibus caulis, plumas et
rostrum, quod in senecta durescit. Ne-
que *labia* ipsis sunt neque *dentes* ne-
que *manus* pedesue anteriores neque
auriculae neque *nares*, sed meatus ho-
rum sensuum ad odoratum in rostro,
ad audiendum in capite. *Oculos* simi-
liter, atque aliae animantes, duos sine
palpebris habent. Connivent infe-
riore gena grauiores, nictant ab an-

gulo obeunte membrana omnes. Aris-
toteles, σκαρδαμόττεο, in τὰ κανθῆ δέο-
πατι εἰμῖται dixit, *Femur* simile coxae, *Arist. H.*
longum, ad medium usque subeuntem *A. l. 3. c.*
atque adfixum uentrem, quod, cum ⁱⁱ
auilsum est, *coxam* putes, at ipsa co-
xa, quae inter hoc et tibiam est, alia
quaedam pars esse uideatur. Maxima
uncinguibus et *peccū* aliis robustius.
Pro *cauda* clunis est iis, quibus aut
crura longa aut pedes continuata
planitie dati, breuis, longus alii. Alas
in priora curuant. Omnia animalia
bipedes sunt, ut homo, quamvis retror-
sum curvant crura quadrupedum mo-
do. Vncos habentium longi et quae
ad aquas uersantur. Carent tamen iis
cypelli et quoddam manucodiatorum
genus. Omnes sunt πολυάνχοι, sed et
omnes quodammodo πολυχάδει. Plu-
rimis namque digiti discreti sunt et τὰ
πλωτὰ σεγανόδα quidem, dearticula-
tos tamen atque distinctos habent di-
gitos. *Plinius* eos alias habere dixit, *Plin. H.*
palmipedes esse alias, alias inter utrum-*N. l. 11.*
que diuisis digitis, adiecta latitudine. *c. 47.*
Quae uolatu sublimes feruntur, omni-
bus quaterni digiti, tres in anteriore
parte, unus pone pro calcaneo pluri-
(*) mis.

PRAEFATIO.

mis. Paucae binas ante, totidem post
habent. Quibusdam etiam calcaria
funt, uncungues autem et calcari-
rae nullae. Plinius, ni fallor, rad-
ios dixit. Illae sunt uolucres, hae
humiles. Data nonnullis et subrectis
pennis crista. Soli gallo peculiaris,
quae nec caro est nec a natura carnis

Arist. H. aliena, *Interiora* si adtendamus, *lin-*
A. l. 2. p. quam fortitiae omnes sunt, sed diuer-
213. edit. sam, aliae longam, latam aliae, quae
Scal.

Albert. M. in historia obcurret. *Lingula*, quae
de Animal. gurgulioni imposta est, nulli, apertio-
2. tr. 1. c. 6. ne et contrafactione ita meatum temper-
rant, ut prohibeant, ne quid graui-
Arist. H. ris in pulmonem demittatur. *Viscera*
A. l. 2. c. et inter se et ab aliis animalibus diffe-
22. edit. rent. Praeiacet in quibusdam uentri-
Scalig. culo ingluies seu cauum amplumque
corium, in quod receptus cibus per
initia coquitur, a gula angustius, dein
laxius et rursum, quo ad uentriculum
demittitur, arctius. *Ventriculus* pluri-
mis carnosus et compactus, pelle in-
teriori robusta etiam, cum a carnosu
ablata est. *Ingluie* destituta gulam
capacem latam aut totam, qua uen-
triculo iungitur, obtinuere, ut mone-
duiae, corui, coturnices, quae tali
carent, longam habent et liquidius
prae caeteris excernunt, ut porphy-
rio. *Complurimi intestinum* tenue et,
si explicetur, simplex. *Appendices ex-*
plicatae sunt, sed paucae, neque su-
perne, ut piscibus, sed in ima parte

Arist. H. ad intestini extrema. *Fel* non eodem
A. l. 2. c. loco habent, quaedam enim τρέπεται
16. οὐδείς, quaedam τρέπεται εντομοῖς, ut co-
Arist. H. lumba, hirundo etc. *Testiculos* τρέπεται
A. l. 3. c. 1. οὐδείς. Antequam coneant, quibusdam
Arist. H. sunt parui, quibusdam obscuri et σύνθλασι.
A. l. 6. c. 9. tempore coitus maiores sunt. *Gen-*
A. l. 6. c. 2. *tura* alba est. Vesica carent, quod lar-
ga humoris copia ad pennarum ortum
et incrementum requireretur, ut

Aphrodis. Aphrodisaeo uisum. Pennigeri huius
Probl. p. 1. exercitus locus sunt aer, aqua, terra.
q. 108.

Illum fulcant, unde aues coeli dicun-
tur, in hac gradiuntur, in ista quae-
dam natant. Sunt tamen, quae in
quibusdam locis non inueniuntur, de
Plin. H. quibus ita Plinius: haec quoque mira na-
N. l. 10. turae differentia: alia alii locis negat, tan-
6. 29. quam genera frugum fruticumue, sic et ani-
malium non nasci translatum, inueni aemo-
ri, mirum. Quid est illud unius generis fa-
luti aduersum quaeve ista naturae inuidia?
aut qui terrarum dicati auibus termini?

Rhodus aquilam non habet, *Transpadana Ita-*
lia iuxta Alpes *Larum* lacum adpellat,
amoenum arbusto, agro, ad quem ciconiae
non permeant, sicuti nec ostaum circa lapi-
dem ab eo immensa aliqui finissimo Inju-
brium tractu examina graciliorum monedula-
rumue. *Picus Martius* in agro Tarentino
negatur esse etc. Sed nec eadem semper *Arist. H.*
omibus regio. Faciunt enim uerabes *A. l. 8. c.*
quaedam, ut in gruibus, ciconiis et *28.*
aliis dicemus. Vnde Plinius: tempo *Plin. H.*
rum magna differentia auibus. Perennes, ut *N. l. 10.*
columbae, semestres, ut birundines, trime-*28.*
stres, ut turdi et tutures et, quae cum fo-
cum eduxeru, abeunt, ut galguli, upupae,
scilicet. Migrant quaedam alio non
procul a locis, in quibus morabantur,
secedunt et scipias abundunt et quidem
nullo discrimine tam *ινθωνηκα*, quam *Arist. H.*
γαυλικα. Vitant carnibus, infectis, *A. l. 8. c.*
herbis, granis et seminibus, piscibus *21. edit.*
et ranis. Sola emmo prunas etiam de-
uorat, ut in eius descriptione dicetur. *Plin. H.*
Bibunt factu ex his, quibus colla lon-*46.*
ga, intermitte et capite resupi-
nato uelut infundentes sibi: porphy-
rio solus morsu. Non bibunt *γαυλικα*,
quod Herodotus, ut Aristote- *Arist. H.*
les scribit, ignorauit. De generatione *A. l. 8. c.*
notandum, duobus modis fieri coitum, *18.*
foemina humi confidente, ut in galli-*Plin. H.*
nis, aut stante, ut in gruibus. Quae-*N. l. 10.*
dam omni tempore conceunt, ut galli-*Plin. H.*
nae, et pariunt, praeterquam duobus *N. l. 10.*
mensibus hyemis brumalibus, plerūm-*c. 53.*
que tamen uere et ineunte aestate, *Arist. H.*
quo tempore etiam pleraque pariunt, *A. l. 5. c. 8*
et quidem semel. Oscines praeter exce-*Arist. H.*
ptas, inquit Plinius, non temere foetus *A. l. 6. c.*
faciunt ante aequinoctium uernum aut post *Plin. H.*
autumnale, ante solstitium autem dubios *N. l. 10.*
post solstitium uitales. Oua ferunt omnes,*c. 31.*
uespertillione excepto, qui animal. In-
foecunda sunt, quae aduncos habent
ungues. Tribuit hoc autum generina-*Plin. H.*
tura, ut foecundiores esent fugaces *N. l. 10.*
earum, quam fortes. Ouorum alia
sunt candida, ut columbis et perdici-
bus, alia pallida, ut aquaticis, alia
punctis distincta, ut meleagridi, alia
rubri coloris, ut phasianis. Intus omne
bicolor. Exeunt rotundissima sui par-*Plin. H.*
te, dum pariuntur, molli putamine, *N. l. 10.*
sed protinus durescente, quibuscum-*58. 59. 60.*
que emergunt portionibus. Tempus
a coitu, partus excubationis et nume-
rus uariant, ut apud Plinium uidere
est. Aliquando foemina tantum incu-
bat, aliquando mas. In columbarum
genere interdiu mas, noctu foemina,*Plin. H.*
inter palumbes post meridiem in ma-*N. l. 10.*
tuti-*c. 41.*

Ar.
A. l.

Plin.
N.
c. 7

Plin.
N.
38.

Plin.
N.
47

Plin.
N.

Plin.
N.
c.

Plin.
N.
41.

PRAEFATIO.

Arist. H. tutinum foemina, caetero mas. A coi-

A. I. 6. c. 1. tu inhorrescunt et se excutiunt, saepe

etiam aliqua festuca lustrant, quod et;

Plin. H. edito ouo, faciunt. Sunt etiam quae-

N. I. 10. dam his bella amicitiaeque, unde et ad-

c. 73. fectus. Disident olores et aquilae,

corvus et chlorio noctu inuicem oua

exquirentes. Simili modo corvus et

mittus, illo praeripiente huic cibos.

Rursus cum terrestribus, mustela et

cornix, aegithus avis minima cum

afino etc. De motu ita egregie *Plinus:*

Plin. H. omnibus animalibus reliquis certus

N. I. 10. c. et unusmodi et in suo cuique genere

38. incessus est, aues solae uario motu fe-

runtur et in terra et in aere. Am-

bulant aliquae, ut cornices, saliunt

aliquae, ut passerines, merulae, cur-

rant, ut perdices rusticulae, ante se

pedes iaciunt, ut ciconiae, grues, ex-

pandunt alas pendentesque raro inter-

vallo quatunt, ut milui, aliae crebrius,

sed et primas duntaxat pennas, aliae

et tota latera pandunt, ut corui, quaedam

maiore ex parte compressis uolant, ut

pici, percussoque semel aliquae

et gemino istu aere feruntur, cardue-

les, uel, ut inclusum eum prementes ei-

culantur sese in sublime, in rectum, in

pronum. Hirundines, impingi putes ali-

quas, perdices, aut rursus ab alto cade-

re has, alaudae, illas salire, coturnices. An-

ates solae quaeque sunt eiusdem ge-

neris in sublime protinus se tollunt at-

que e uestigio coelum petunt, ut hoc

etiam ex aqua. Itaque in foueas, qui-

bus feras uenamur, delapsae solae eu-

dunt. Vultur et fere grauiores, nisi

ex proculsu aut altiore cumulo im-

missae non euolant, cauda reguntur.

Aliae circumspicant, aliae flectunt

colla. Sine uoce non uolant multae

aut econtrario semper in uolatu silent.

Subrectae, pronae, oblique, in late-

ra, in ora, quaedam et resupiniae fe-

runtur, ut si pariter cernuntur plura ge-

nera, non in eadem natura instare vide-

antur. De caetero porrectis ad cau-

N. I. 11. c. dam-cruribus uolant, quibus longi pe-

47. des, quibus breues, contractis ad me-

dium. Vncois ungues habentes altiuo-

lae fere sunt, exceptis nocturnis. De

uce hoc dicere sufficiat, loquaciores,

quae minores et circa coitus maxime.

Aliis in pugna uocem, ut coturnicibus,

aliis ante pugnam, ut perdicibus, aliis

cum uicere, ut gallinaceis. Iisdem sua

maribus, aliis eadem, ut foeminis, ut

lusciniarum generi. Quaedam toto

N. I. 10. anno canunt, quaedam certis tempo-

c. 35. ribus. Palumbibus omnibus similis et

idem trino conficitur uersu, praeter-

quam in clausula gemitu. Est, quae *Plin. H.*

boum mugitus imitetur in Arelatensi *N. I. 10.*

agro taurus appellata, alioquin parua. *c. 42.*

Est, quae equorum quoque hinnitus

antbus nomine herbae pabulo aduentu

eorum pulsata imitatur ad hunc modum

se ulciscens. Varium et uiae inter eas

spatum. Mares paseres negantur an-

Plin. H. no diutius uiuere. Columbae et tur-

tures octenis durant. Cornicibus et *N. I. 10. c.*

ceruis nescio quo tribuuntur lustra.

Morbis infestari nullum dubium et ha-

bentur apud autores remedia. Con-

Arist. H. ferunt illis *a diu quo*, incommodant *ta A. I. 5. c.*

et in uolu *et in* *Inualeudinis indicium* *1. 1. 1. 1. 1.*

in pennis. *Ta* *giristai* *γαρ και ο την αυτην*

εχει καταστασιν. Quae de natura, inge-

current, abunde in historia explicab-

buntur. *Diuinationis* iisdem aliquid in-

esse compertum est. Grues ex mari *Aelian. H.*

mediterraneo uolantes, si silent *A. I. 7. c. 7.*

serenitatem pollicentur, si clamant,

atrocem turbinem. Idem sonans in

crepusculo matutino ardea praenun-

tiat, quae et pluuiam, si ad mare re-

cte tendet, praedicit. Sereno canens

noctua, uolubili sono crocitanus cor-

uus, crepusculo uocales cornix et gra-

culus, monedulae modo sursum, mo-

do deorsum uersus uolantes etc. tem-

pestatem innuant etc. sum homini

praebent in cibo, medicina, uenatio-

ne, re uestiaria et plumaria, oblectatio-

ne et alii. Caro earum leuior et sanior

purgatisimaque in suo genere est, ut Al-

bertus dixit. *Differentiae* avium sunt ini-

nitiae ex multisque fontibus petuntur.

Partes si respicias, aliae habent rostrum re-

ctum, aliae superius, inferius aut utrin-

que incuruum, pedes, quaedam longos, *Arist. H.*

breues quaedam. Aliae sunt digitatae, *A. I. 1. c.*

aliae palmipedes, aliae inter utrumque *2. edit.*

diuisi digitis, nonnullae apodes, *caput Scalig.*

aliis crista, aliis, sunt

et cornuta, ut apud Aelianum uides *A. I. 17.*

re est. Collum aliae longum, ut grues, *A. I. 17.*

aliae breve obtinueri. De lingua fu-

perius adtigimus. Aliae plerisque pro-

portione, sola dodo tam exiguae ha-

bet, ut se a terra tollere non positis

Omnis plumis uestiuntur, recens na-

tas si excipias et dodonem, quae lana

quasi tegitur. Caudatae quoque sunt *Herbert.*

fere omnes. Cacato insulae Mauritiae in *Itine-*

ris cauda caret etc. *Ratione magnitudi-* *p. 347.*

nis

sunt paruae, mediocres, magnae,

apum quantitate et bobus maiores, ut

Aelianus fabulatur. *Ratione loci* sunt *Aelian. H.*

terrestres, marinae, lacustres, palu-

A. I. 17. c.

(*) 2 *stres, 14.*

HISTO



PRAEFATIO.

tres, domesticae et uillaticae, sylvestres, campestres. Aliae arboribus incident uel illis se adfigunt, aliae cauernis delectantur. Quantum ad qualitates sunt albae, nigrae, uersicolores et quidem tales pleraeque. Mutant quaedam colorem uocemque tempore anni ac repente fiunt aliae, ut oscines et grues, non mutant aliae. Ratione cibi sunt carniucae, ut rapaces, insectiucae, graniucae etc. Deglutiunt et lapillos et ferrum quaedam. Ratione generationis omnes fere, ut dictum, ouum ponunt, sola uestertilio animal. Infoecundae sunt uncungues, foecundiores aliae. Columbae decies anno pariunt, hirundines, turtures, merulae bis. Nihil de congressus, partus, incubationis, exclusionis differentiis dicam. Motus diuerstatem superius iam adtigimus. Sed et de uocis uarietate actum. Philomela modulatur, aquila clangit, accipiter pipat, coruus crocit, crocit, corniculat. Perdix cacabat, anser gratitat, glaciata, cygnus drensat. Turtur et columba gemunt, palumbes plausitat, ciconia gloterat. Gallus cucurrit, gallina gracillat, glocit, glocitat. Pavo pupillat, grus gruit, uultur pulpat. Graculus frigulat, miluus lipit, lugit. Anas tetrinit, hirundo trinat. Paser pipit, sturnus pisat. Turdus trutilat, acredua mittat. Coturnix grylisat, galgulus glocitat. Merula stridet uel modulatur, upupa popisat. Meleagris caccisat, uestertilio stridet. Pica picatur, cuculus cuculat. Bubo bubulat, noctua cucubat. Ulula ululat, buteo bubit. Regulus zinzilitat, parus tinniat. Reliqua, ne nimis prolixus sim, non adtingo. Ego eas in hoc opere in terrestres et aquaticas distinx. Illas iterum in carniuoras, sub quibus sunt aquilae, uultures, accipitres, falcones, pittaci, corui, cor nice, noctuae, uestertilio etc. Inse diuoras non canoras et canoras, graniuoras, sub quibus pulueratrices, sylvestres et domesticae, pulueratrices que et lotrices simu etc. et bacci uoras. Aquaticae in palmipedes et sisipes.

des, quae etiam sua sortiuntur genera, dispescuntur, prout in syllabo librorum et capitum praefixo adparet. Et tantum de auium natura in genere praemittere placuit. Quod reliquum est, scire te, Beneuole Lector, uelim, exhiberi hic Tibi quasi in tabella, quicquid de auibus ueteres et recentiores habent. Addidi enim omnia illa, quae a Gefnero et Aldrouando omisla sunt. Ideo et totum quintum librum Margrauui de auibus Brasiliensibus appendicis loco adieci, paucis quibusdam omissionis, quae alibi abunde explicata sunt. De usu si quae desiderabuntur, in additamentis, Deo bene uolente, prostabunt, in quibus unaquaque exoticarum suae classi restituetur. Quapropter, si aliqua nunc bis obcurerit, ueniam dabis. Similes aliquando adpareant species, quae tamen uel icona uel quibusdam in descriptione positis differunt. Quia uero dupli Aristotelis historiae animalium editione usus sum, vulgari nempe et Scaligerana, ideo illam absque addito, hanc cum nomine commentatoris citare soleo. Indicem tibi dabo, postquam totum de animalibus opus paratum fuerit, illumque totius operis ad species, partes et affectiones reducti, prout Plinius historiae suae libro undecimo, capite trigesimo septimo et aliis pluribus in locis fecit, compendium, sed alphabetico ordine dispositum, si tituli marginales omisi sunt, ne mirere. Primus hic in hac historia labor et iam fere per triennium apud typographum delituit, nec tum mihi istos addere animus, prout et in historia de piscibus uidissi. Fruere interim his, Beneuole Lector, cum Deo et auctori iuuentutis literariae studiosissimo prosperam ualetudinem et ad plures curas uitam adprecare, ut Tu bono opus historiae naturalis, de homine in primis, quod parat, aliaque huc spectantia feliciter absoluere possit, Vale. Lesnae ex Mu seo. 10. Febr. A. C. M. DC. L.

HISTO-

cit, nutrit et abreptos ληγέως deflet.
Vultures minores ex iis progenerari
et ex iis magnos, qui omnino non
generentur, scribit *d* Plinius.

N.l. 10. *Pugnat* cum uipera et sauciata
c. 3. herba soncho simili sibi medetur.

Antipa- *Voces* alias alio in tempore iacit.

thia.

e Lucr. l. 5.

Vox.

Vñs.

Vsum si spectes, fel eius cum mel-
le potum f leuen curat, sterlusari-
f *Plin. l.*
dum tritum concoctionem promo-
N.l. 30.
uet. Venter potus calculos pellit.
Intestini extreum ad alligatum co-
licam fistit. Os ad coxam fu-
spensum varices sanat.

ARTICVLVS V.

De Anopaea, Aquila alba, Aquila heteropode et
Scythica Aue.

Anopaea sit in Homero Odysf 1.
mentio, quae quibusdam est
ἀφανὴς inuisibilis seu ἀνωφεός id est
sursum euecta. Alii πανόπαια scri-
bunt et hirundinem intelligunt.

AQVILA ALBA seu cygnea ma-
gnitudine est chrysaeti, candoris ni-
uei, in rupibus circa Rhenum inue-
nitur. Leporum, cuniculorum, por-
cellorum et piscium uenatu uiuit
et uolatu tarda est.

HETEROPOS Gesneri, sinistrum
crus caeruleum, dextrum fuscum al-
bicans habet, de caetero pectus,
collum et uenter fusca sunt punctis
nigricantibus maculosa. *Capitis* et
ceruicis pennae rigent. *Oculi* subru-

bent, dorfi initium circa alarum
summitates in gibbum attollitur.

DE SCYTHICA ave ita *a* Ari-
stoteles : in Scythia genus auium *Ari-*
l. 9.
otides. Haec duos pullus parit. Ovis
non incubat, sed in pelle leporis aut
ulpis impositos pullos relinquit.
Obseruat in summa arbore, an adsit,
qui pullos subripiat. Quod si quis
ascendat, pugnat uerberat alis, ut
aquilae. Olatus M. oculatus testis utri-
usque historiam confirmat, quam
Albert. M. falsi insimulat.

NB. *Ad aquilas pertinent itz-*
quantitli et tlacoquantili Indo-
rum, uide infra mantissam
Nº. I.

TITVLVS. II.

De Vulturibus.

CAPVT PRIMVM.

De Vulturibus in genere.

Nomen.

Vulturis nomine intelligitur, quae
Graecis γύψ, γύπτας, ὄρνες, αἰγυ-
πτος, Latinis etiam uulturius, a tardo
forsan uolatu et per periphrasin auis
Titii, torua, auida, magna, Palatina,
Caucasea dicitur. Lycophron *a* eas
a Lycophr. *in Casfan-*
dra. olores rapaces, Hermogenes τάφες
ἐπιψύχες, seu sepultra animata uo-
cat.

Descri-
tio.

Toto corpore aquilam fere imita-
tut illamque sesquialtera proportio-
ne, si Bellonio credendum, excedit
nec tamen, quod in rapacium genere
solemne, marem foemina magnitu-
dine superat. *Rostrum* ipsi obuncum,
oculi truculenti, quatuor apud Phi-
len narium spiracula, unde *teredinos*,
quod fabulosum est. *Collum* implu-
me seu potius capitinis plumae ita bre-

ues, si cum aquilis conferantur, ut
implumes uideantur. *Guttur* longi-
tudine et capacitate, quod propen-
dens ante uentrem ingluies ostendit,
insigne, sub quo spatium palmi
latitudine, non tam plumis, quam pilis,
rufis uitulinis simillimis, instar
lenissimi cuiusdam uelleris, omni-
scapo calami destitutis uestitur. *Ala-*
rum incumbens corpori pars leni-
tota uellere, quod soli inter rapaces
peculiare integritur. *Crura* tota ad
pedes plumosa contra gelu et frigus
munimentum. *Vngues* adunci.

Sedes in altissimorum montium iu-
gis ponere *b* Aristoteles, *c* Pli-
b Aris-
nius et *d* Homerus sunt auctores.
A.l. 6.
Poetae Caucaseas uocant. A recen-
s.
tioribus in Creta, Zacyntho, Apen-
N.l. 10.
nino, cap. 7.